



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opera S. Matris Teresae De Iesu Carmelitarum Discalceatorum et Discalceatarum Fundatricis**

In duas partes distincta

**Teresa <de Jesús>**

**Coloniae Agrippinae, Anno MDCXXVI [erschienen] M.DC.XXVII.**

Cap. VI. Docet quæ hominibus spiritualibus euenire possint damna ex eo, quod non intelligant, quando spiritui eos resistere oporteat. Agit quoque de intensis, quæ anima habet ad sacram communionem ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37974**

presentem habeat. Certè durum esset, si in angulis dumtaxat ac solitudine orationem quis instruere posset. Video quidem ipsos ad multas cum horis & diu extendere non posse; sed, quas non habet apud te vires, Domine, iustitiam è laboriosa afflictique cordis penetrabilibus profectis, ut appareat, ad hoc impediendum non sufficere quòd in hoc loco agimus, verum etiam, esto ad solitudinem captandam commodus nobis locus denegeretur, solos tamen nos esse posse, tecum in solitudine deliciando huic euidenter colligere est, esse nos seruos ipsius propitia nostra voluntate ac sponte, ac illius amore & causa, obedientiam veniendos, cum propter illam ipsomet Deo quadam tenus frui & gaudere negligamus. Verum nihil sunt hæc omnia, si ipsum è sinu Patris, ex obedientia, quòd se seruum nostrum constitueret, venisse consideremus. Quid igitur huic gratiæ & dignationi dignè à nobis persolui de rependi poterit? Eapropter necesse nos est videre, ne in operibus vestris, esto ex obedientia præscriptis, & ex caritate susceptis) peragendis ea relictis immemores sitis, ut non sæpè interius ad Deum vestrum recurratis. Et mihi credite, non ex multis horis & longo tempore quod orationi impendatur, animæ ex ea lucrum accedere, quando aut Superioris iussio, aut erga proximum caritas, ad alia eam opera vocant, aut ipsam obedientiæ caritatiue operibus (vri dictum est) accurate intendere iubent: hæc enim mirè iuuant, ut quàm breuissimo temporis spatio melius disposita reddatur, ad amorem suum accendendum, quàm in illis deficientibus) multas horas multumque temporis consideratio impenderet. Omnia ab illius manu veniant necesse est, vnde sic ipse in sempiternum benedictus.

## CAPVT VI.

DOCET, QUAE HOMINIBVS SPIRITVALIBVS EVENIRE  
 possunt de una ex eo, quòd non intelligant, quando spiritui resistere eos oporteat. Agit  
 quoque de intensis qua anima habet ad sacram communionem accedendi desi-  
 derijs; & quædam sub his latere possit illusio. Multa hic tra-  
 duntur, quæ harum domorum rectrices scire mul-  
 tum interfit.

Magna diligentia ac studio conata sum intelligere, vndenam ortum  
 habeat, magna illa absorptio & intensio mentis, quam nonnullas  
 personas quas miris Dñs in oratione gustibus ac suauitatibus perfun-  
 ctu habere vidit: & per quas non stat, quo minùs se ad gratiam recipien-  
 dam disponant. Non loquor autem hic de animæ suspensione, aut raptu,  
 quem Deo dante patitur, cum de eo alibi multa scripserim; & de hu-  
 iusmodi materia non est quòd multum loquamur, nam à parte nostra, quan-  
 tumlibet resistere conitamus, nihil omnino possumus, dummodo verus

Vu 2

61 ca.

In turba so-  
 li esse possumus.

Christus ex  
 obedientia  
 homo factus  
 est.

S.  
 TERESIA

DECA

N. VII

108



*Absorptio  
mentis non  
bona unde  
procedat.*

fit raptus. Notandum porro est, violentiam illam, quæ nos hic videtè abripit, & impedit, quo minus nostri ipsorum domini simus, breuissimo tempore d. rare. Verùm sapè fit, vt, dum quis oratione quietis per modum somni spiritalis incipit, anima ita absorbitur, vt, si nesciamus quomodo hic nos gerere oporteat, & multum potius amittere, & nostra culpa, at exiguo cum merito, valere ac vires nostras exhaurire possimus. Vellem hic me postero delecta ac materia ita difficilis & obscura est, vt nesciam, an, prout teat, eam potero explicare: hoc tamen scio, animas hæc illas detentas, si modò mihi fidem adhibere velint, facile me intellegas.

Novi nonnullas, & quidem virtutum cultrices egregias, ad septem octoq; horas hac in absorptione hærebant; & tunc tempore verè raptum se passas arbitrabantur: quin & quodlibet tum exercitium ita eas mox occupabat & recolligebat, vt statim defis exirent, existimantes non bene se facturas, si Domino resistere, que paulatim fieri posset, vt vel emoriantur, vel mentis & corpore impotes fiant, si remedium adferre non satagant. Quod autem in casu scio & intelligo, hoc est: quando iam Dominus animam captare & deliciis perfundere incipit, ex eo quod natura nostra in ebrietatione & voluptatibus capiatur, vsque adeò se ipsa sapido huiusmodi impendit & applicat, vt se nec mouere quidem vellet, nec vllam ratione ob rem ipsam perdere. Hic quippe (vt verum fatear) longe sapior & suauior est, quàm quascumque mundus dare voluptates potest, maximè si natura & corpus imbecillum, & cuius ingenium, natura suuilius loquat, imaginatio naturaliter ita inuariabile sit, vt, dum se ad aliquam apprehenderit, in ipsa pertinaciter maneat, nec amplius se diuertat, nactus fuerit. Sicuti permulti sunt, qui dum de re quædam (tamen de Deo illa non sit) cogitare incipiunt, in ea cogitatione velut absorpti manent; aut, dum rem aliquam intuentur, continuo in eo obtutu hærent, non reflectentes ad id quod aspiciunt, natura sedata & quietata cum sint, ex negligentia obliuisci volunt eorum, quæ dicturi sunt. Eodem planè modo hic contingunt in spiritualibus, quãdo natura, corpora, ac complexio debilis est, & melancholica illa sit, sexcentas hæc illis illusiones & deceptiones, quidem admodum sapidas suggeret. De isthoc humore & complexione paulò inferius agam; imò, quãuis hic ipse in homine non dominetur, nihilominus id quod dico contingit. Idem quoq; locum habent in seipso per corporales austeritates destruxerunt. Nam, sicuti autem auui, cù iã amor sensibiliber illos afficere incipit, vsq; eo se a gustu

*Gustus sapi-  
dos quàm  
anima con-  
seclatur.*



abrupti fuerint, quousque eos abripi dixi. Utque dicam quod sentio, malum certe, ve se luteam & illud non paterentur, hinc huic orationis modo bene facient si resisterent. Etenim sicut, dum corpus imbecille est, facile in tale deliquium & vitium defectum incidit, ut nec loqui, nec sese vitare commouere possit, eodem plane modo hic fit, nisi quis resistat: quippe, si corpus imbecille & debile sit, ipsa spiritus veritatis, ipsam occupat, atque sibi subijcit.

Petera me hic quisquam, ecquae ergo sit inter hoc & raptum differentia videtur enim idem esse, saltem prout exterius apparet (& non enim erit ita sentient) sed non quoad rei essentiam & in effectu. Raptus enim, vel omnium potentiarum unio (vti aliàs dixi) paruo durat tempore, magnoque post se relinquit effectus, nec non miram quamdam in anima lucem, & alios non paucos fructus; adhuc in eo intellectus nihil omnino operatur vel discurrit, sed solus Dominus tunc in voluntate operatur. Hic verò longè aliter se res habet; nam tamen corpus captum & alligatum velut sit, non tamen voluntas, memoria, intellectus; sed haec operationem suam inuariabiliter, & forsitan etiam vni rei non adhaerendo, facient, adeo vt hic quidem se effundant, illic verò se restringant. Equidem nullum in pœnosa hac corporis imbecillitate fructum latere comperio, nisi quòd à bono quodam nata sit principio; quare magis haec conducatur, vt hocce tempus bene impendatur, quam vt tanto tempore quis absorptus maneat. Plus certè mereri possunt, res ab obedientia praescriptas exactè exequendo, in illis non deficiente, & ad illas exequendas habiles se efficiendo; quam vt illa & tali à recollectione se abripi patiantur, quae ipsius & vitam destruat, & obedire ausis non sinat.

Vnde etiam Priorissas moneo, vt, quaecumque possunt, diligentiam adhibeant, ad longa haec deliquia eliminanda, quae, meo quidem iudicio, aliud non sunt, nec ad aliud quidpiam conducunt, quam vt potentiae sensusque, insolenter se gerant, ad non faciendum id quod anima ipsius praescribit; itaque eam illo priuant lucro, quod tum obediendo, tum Domino placere satagendo comparare solet. Vnde si praeposita intelligant, corporalem id debilitatem esse, dent operam, vt ei ieiunia & flagellationes (eas scilicet, quae non sunt obligationis, quibus imò fieri possent, vt & omnes omnino bona & tuta cū conscientia prohiberi possint) penitus prohibeant, & quasdam illi praescribant occupationes vt distrahat in varia, quin imò necessarium hoc etiam est, tamen huiusmodi mortificationes ipsa non vsurpet, dummodo imaginationem multum occupatam & intensam habeat, esto etiam in rebus valde sublimibus ad orationem spectantibus. Saepè namque contingit,

Quandò inter verum raptum & hanc absorptionem sit differentia.

Deliquia longiora mala.

Corporis afflictiones quando inhibenda.

S. TERESIA

DECA  
V. VI  
108



Quomodo  
et sic  
abjoratio.

git, eas non esse sui potentes, præsertim si extraordinariam quædam à Domino acceperunt gratiam, aut visionem aliquam viderint: tunc quippe anima taliter constituta manet, vt seospectare non potest, quod tamen non sic est, cum nonnisi semel eam viderit. Vnde necesse erit, eum, qui in hac absorptione ad multos dies habit, omnimodis procurare considerationem vt mutet, aut eam distrahatur, etenim (dummodo id fiat in rebus ad Deum spectantibus, & eam quam dixi causam) inconueniens minime est, vt modo præcipiat, modò aliud, dummodò semper in rebus ipsius occupetur laborer. ac nonnumquam tam Deo gratum est, nos de suis creaturis nec non de ea quam in illis creandis ostendit potentia, quam dummet Creatore cogitare.

Prò infelicem hominum miseriam, quæ per peccatum eò deorsum nunti & redacta es, vt etiam in eo quod bonum est, certa quadam mensura & limitatione nos dirigi oporteat, ne nostram ipsi valetudinem destruamus, & ita profigemus, eo vt frui nequeamus. Et certe patet per multos, atque eos præsertim qui infirmioris cerebri vel imaginationis sunt (aque hoc est, Domino magis seruire, & id cuiusmodi necessarium est) semetipsos intelligere. Vnde si quæ videatur, dum imaginatione sua aliquod Dominicæ passionis mysterium, aut gloriam cælestem, aut aliquid huiuscemodi reuoluit, ad multos dies in illa cogitatione perdurare, vt (etiamsi velit) de aliâ quâpiam cogitationem instituere nequeat, & quo minus in illa absorpta maneat, impedire non valeat; hæc longè sibi cogitanti entius esse intelligat, vt, quomodocunque possit, sese in illa riam distrahatur: sin minus, tempus veniet, quo ad oculum videri quantopere hoc sibi noceat, & hoc ipsum ab alio principio non tamquam eò quod dixi, puta vel à magna imbecillitate corporis, vel ab imaginatiua; quod secundum longè deterius est. Nam quæ admodum stultus, si quid imaginationi imprimat, sui ipsius cogitare non est, nec cogitationem inde diuertere potest, ne alia de cogitare, vt nec vllis ad hoc faciendum argumentis rationibus induci, eò quod rationem in manu non habeat: nec & cogitare possit contingere, esto hæc, sapida quædam & grata sit cogitatio.

Quid si humorem & complexionem melancholicam habeat? maximum hæc adferre ei damnum potest. Equidem non in principio, in quo illa proficit, aut bona sit; ob eas quas dixi causas, præsertim verò, quod anima capax & idonea sit, ad ipsomet Deum cogitare.



videtur: quod infinitus sit, hinc anima velut captiua & vincta videtur, dum vnus dumtaxat magnitudinum aut mysteriorum eius considerationi adfigitur & adhæret, cum tam multa de eo cogitanda occurrant in quibus occupemur; quo enim plura de eo cogitare volumus, eo magis magnitudines & magnalia eius patefcunt. Non id tamen edico, vt hora, aut die vno multa ac varia cogitentur (hoc quippe forsan esse, nullo omnino bono gaudere) quod enim res hæc adeo subtiles & delicate sint, nolim cogiteris id me dicere, quod ne quidem in mentem mihi venit vt dicerem, neue vnum pro altero intelligatis. Certè tanti vestra refert, caput hoc, prout oportet, intelligere, vt, tamen si id mihi permolestum sit scribere, molestum tamen & graue non sit, nec sit vellem ei, qui ipsum semel legendo non intelliget; sæpius id relegere; ac præsertim Priorissis ac Magistris Nouitiarum, quarum est forores in orationis exercitio instruere & formare. Nisi enim in principio circumspicere & caute remedium adhibeant, videbunt certè quàm multò potius opus sit tempore, ad huiusmodi debilitatibus medendum & obviandum.

Si quod hinc resultare oculis ipsa meis vidi & intellexi, recensere vellem damnum, videretis haud dubiè, non sine ratione me hoc ipsum vsq; adeo exaggerare. Vnum dumtaxat vobis exempli loco referre volo, & hinc de reliquis iudicium ferre poteritis. In quodam horum monasteriorum duæ sunt Moniales, vna monacha, altera laica; amba orationis exercitio deditissima, quæ & mortificatione & humilitate & omni generis virtutibus condecorabant: quas adhæc suis mirificè Dominus deueniens consolationibusq; perfundit, ac quibusq; sua identidem magna communicat, cum primis vero adeo sunt ab omni rerum terrenarum affectu expropriatæ, diuinoq; amoris intensæ, vt (tamen si quàm studiosissimè & curiosissimè earum mores & vitam exploremus) acceptis à Deo gratijs (quantum quidem hic abiectio & vilitas nostra permittit, respondere vsque qua que, minimè negligant. Ideo autem tam multas de illarum virtute egi, quò, quæ illam non habent, magis timeant. Inde verò ingentes quidam desideriorum Domino fruendi imperius eas inuadere incipiebant, adeo quidem vchementes, vt hos ipse continere & inhibere non possent; solum tum mitigari & sedari hi videbantur, cum sacram communionem adibant: vnde apud Conuicantios suos instabant, sæpius eam adire vt sibi liceret, inde verò vsque adeo hæc illarum pœna increfcere cepit, vt, nisi quotidie Sacrosanctæ Synaxeos fierent participes, sese emorturas cederent. Conuicantij porro, tales animas videntes nec non intensæ illarum desideria (esto horum alteruter in spiritualibus esset quàm exercitatus)

*Plura de  
Deo, non v-  
num, cogi-  
tanda.*

*Exemplum  
de duabus  
monialibus  
discalearis.*

S.  
Teresa

DECA

NUM

106



tiffimus) hoc vnum malo ipsarum leniendo remedium expedire  
 venire existimabant. Neque etiam hoc satis ipsis erat, neque hinc  
 bant; sed harum alteram tam vehemens occupabat angustia & pre-  
 ra, vt summo mane eā communicare oporteret, quò per diem (vt  
 illi videbatur) posset viuere. & sane non ipsæ erant huiusmodi, vt  
 fingerent, at ob quamcumq; mundicem vllatenus mentirentur. E-  
 dem tum illic non agebam; sed Præposita mihi per litteras signifi-  
 quid rerum ageretur, & nescire se quid circa illas quoad hoc  
 posset, & homines satis magni nominis dicere, cum aliter malo  
 mederi non possent, hoc illas remedio consultò vti. Equidem hinc  
 Domino permittente, quid rei esset intellexi; tacui nihilominus, vti  
 dum præsens adestem: timebam enim decipi; nec par erat, Confes-  
 qui hoc ipsum probabat, contrarium me sentire, quoad utque men-  
 rationes & argumenta proponerem. Iam porro ipse erat humilis  
 tim atque illuc abij, & ipsum conueni, mihi assentiret & crederet  
 verò tam spiritualis non erat, & respectu alterius, propè nihil  
 latenus hoc ei persuaderi, & huc ipse induci poterat. Sed de huius-  
 su inductione que non vsque adeò laborabam, quod tam multas  
 nibus illi obstructa non essem. Incepi ergo Religiosas has aggre-  
 multis validis (vt mihi quidem videbatur) argumentis apud ipsas  
 quò sibi persuaderent, non nisi merà imaginatione & illusionè  
 gitare, se, nisi hoc remedio vteretur, emorturas. Ipse verò adeò  
 id tuebatur, sibiq; tã firmiter impresserant, nihil vt ad illas inde  
 das sufficeret, nec etiã sufficeret, si quidè rationibus agèdum esset.  
 ergo tempus cum illis teri, & inanem operam sumi: quare dixi,  
 quoque eadem desideria habere, & quo magis hæc crescerent, &  
 iora fierent, communionem abstinere velle; ideoque & ipsas commu-  
 re non debere, nisi cum reliquis sorores communicent; ita que  
 tres simul emoreremur. meque id multo magis velle, quàm vt  
 di consuetudo hæc in domos introduceretur, in quibus certe  
 essent, quæ Deum tantum diligere, quantum ipse, quæque  
 iam prestare vellent. Certè damnium, quod iam consuetudine  
 diaboli opera (qui haud dubie sese intermiscerat) inualuerat, &  
 tremum & notabile erat, vt reuera, cum sacrae communionis  
 ipsæ non reddebantur, emorturae viderentur. Ego verò rigidam  
 primis erga illas me præstebam; quo enim magis videbam illas  
 tia refragari, nec se velle subijcere, (quòd aliter facere non posse-  
 ut quidem ipsis videbatur) eo id aperius meram videntationem  
 Diem quidem illam non sine magna afflictione & pressura  
 at postredie eadem paulo minor fuit, quæ exinde etiam quotidie



magis & magis minuebatur; adeo quidem, ut quamuis ego, quod ex obedientia ita iuberet sacram communionem nam alioqui, quod eas ita debiles & infirmas viderem, minime ad eam accessissem) adibam, ipsae tamen propterea non conturbarentur. Non multo post, tum ipsae, tum reliquae omnes, siquidem id tentationem esse perpexerunt, nec non quamvis factum esset, quod tempestive huic malo esset remedium allatum: nam haud ita multo post, quaedam isthoc in conventu contigerunt, quae magnam Superioribus, tamen nulla ipsorum cum culpa; (& fieri potest, ut postea hac de re aliquid dicam) inquietudinem & molestiam causarent, quod eiusmodi hi consuetudines nec approbarent, nec tolerarent.

Quam multa de id genus rebus exempla adferre possem! sed adhuc vram dumtaxat dicam, quod tamen non in nostri Ordinis, sed Cisterciensis, monasterio contigit. Erat in eo Religiosa quaedam, quae quod virtutibus bonae esset, crebris corpus suum at erebat flagellis & ieiuniis, adeo etiam ad tantam redacta debilitate est, ut quotiescumque sacra illi adenda esset communio, aut aliqua ad sese in deuotione excitandum occurreret occasio, mox solo prosterneretur, hocq; in statu octo nouemq; horis permaneret; quod tum ipsi, tum reliquis omnibus raptum esse videbatur. Hoc illi adeo frequens erat, ut, nisi remedium allatum esset, multum hinc ei damni ac mali credam euenisset. Raptus huiusmodi per vniuersam ciuitatem fama celebrabatur: mihi vero permolestum id erat audire, quod mihi dedisset Dominus intelligere quidnam esset; & quem res finem & exitum habitura esset timebam. Qui eius confessiones excipiebat, mihi notus ac familiaris cum primis erat; mihi que rem omnem retulit. Ego vero quod nossem, ei auerui; esse nimirum debilitatem quamdam corporis, & aliud nihil quam merum temporis dispendium; nec vllatenus haec raptum redolere. Consului ergo, Superiori & flagellationes ei ut interdiceret, eamque in alia diuertiuheret. Ipsa, quod obediens esset, mox ei morem gessit, atque non multo post viribus recuperatis, nulla exinde amplius raptum fuit memoria: si autem veri fuissent raptus, mortalium eos possibile fuisset impedire, vsque dum eos tollere Dominus voluisset. Tantae quippe sunt vires spiritus, nostrae ut ad iis resistendum nimis quam debiles & infirmae sint, & (ut alias dixi) singulares quosdam veniunt raptus in anima post se relinquit effectus, & in corpore defatigationem; alius ille quem dixi, non magis operatur, quam si prorsus non euenisset.

Hinc ergo ostensum maneat, quidquid nos ita occupabit & subiacet, ut id intelligamus suam rationi libertatem auferre, ipsum ut

*Aliunde exemplum de monacho Cisterciensi.*

*Raptus ubi res nemo impeditur potest.*

*Libertas spiritus quasi momentis*

Xx

lus-

S.  
Teresia

DECA  
VI  
106



suspectum habendum esse, ac nunquam nos hac via ad ipsam libertatem peruenturos. utpote quæ hoc habet inter cetera, quod omnibus in rebus Deum inueniat, & de eo in ijs cogitare possit: reliqua vero omnia aliud non sunt, quam mera spiritus teruitus & suscitatio, quæ præterquam quod corpori maximopere noceat, animam indidit constringit, ut non crescat: sed, veluti se quis habet, dum qua incedit, in decipulam, ac occultas foueas, aut in canosam paludem incidit, & qua sese expedire, aut ulterius progredi nequeat: ex parte hic cum anima agitur: quæ ut ulterius tendat & progredatur non incedere tantum debet aut ire, sed volare.

*Suspensio  
quam in  
sine noxa  
durare pos-  
sit.*

*Amor pro-  
prius, in fre-  
quentiori  
communio-  
ne haberi  
locum potest.*

Quid ergo remedii, quomodo dicent (aut potius illis videbitur) se in diuinitatis cogitatione absorptas esse, & prout quidem suspensæ erunt, nullatenus sui potentes esse, neue vlla se ratione inde potuerint uertere; quod certè nimis quàm frequenter accidit? Ecce, eorumque & moneo, non esse quod timeant, si fortè ad diem vnum, quatuordecim etiam octo, suspensæ maneant; neque enim mirum est, eos qui deo complexione sunt, tot diebus in stupore defixos & suspensos haberi: si diutius suspensio hæc dureret, remedium aliquod erit adhibendum: vnum verò res hæc omnis id boni in hoc inuenire est quod carnis carereat, nec meritum desit, at inconuenientia quæ dixi multoque potius secum adfert: quod ad communionem attinet, sat magnum abiectionis erit Confessario ac Priorissæ etiam in hoc non esse subiectam rationem sponi solitudine angatur, non tamen extremè, ne ad extremam demeriat. Vnde necesse est, eam tam in hac re, quàm alijs mortificationibus que intelligere faciant, multo esse satius ac conuenientius, propriam non facere voluntatem, quàm consolationem priuatam sectari. Hic amor proprius nostri ipsarum hic sese intermiscere & locum habere potest. Sic namque mihi contigit, ut dum iam primum à sumptuosa communionem surgerem (adeò ut etiam sacra hostia penè adhuc integra consumpta esset) si alias quasdam communicantes cernerem, non communicasse, quod de nouo communionem adirem, quod id mihi roties accideret, postea contigit me percipere & aduertere: tunc quidem nihil esse videbatur, in quo possem quiescere ac reuertere: isthoc desiderium magis è propria meum plus quaesitione, & gustu quam Dei amore proficisci. Nam quoniam, dum ad Sacramentum acceditur, ut plurimum aliqua teneritudo & gustus in anima sentitur: hinc ego, illius sentiendæ causa, ad communionem accedere quæ si enim fuisset, ut Deum in anima mea haberem, iam tum illius partem intra me habebam: si, ut præceptum Superioris, quo ad sacramentum accedere nobis iniungitur, adimplere, iam tum illud adimplere



ut gratias recipere quae una cum sanctissimo Sacramento conferuntur, tam tunc easdem receperat. Ad eodem ut tadem quam liquidissime perciperem, non alio me sine ad denuo communicandum moueri & impellere quam ut rursus sensibilem illam deuotionem & gustum perciperem.

Memini me quodam in opido, ubi monasterium habebamus, fuisse obiq; mulierem quamdam insignem Dei ancillam (ut quidem populi opinio de illa erat opinio) cognouisse. & talis haud dubie esse debebat. quod hae Sacras Altaris epulas frequentabat; certo autem Confessione non uidebatur, sed modò hac in aede, modò in illa Communionem adibat. Equidem id notabam, maluisseq; illam uini confectio certo parentem, quam toties Communicantem videre. Sola separatis in aedibus agebat, faciendo (ut mihi quidem uidebatur) quidquid allubebat; attamen, ut erat bona, quidquid agebat, bonum id erat. Ego hac de re interdum apud illam agebam; ipsa uero me parum curabat: & merito, quod me multo esset melior. in hoc tamen punto falli me minimè existimabam. Consequenter, Sanctum uirum F. Petrum de Alcantara, illum appellere: procurari ergo, ut cum ipso tractaret & communicaret. Mihi autem quod cum illo ipsa contulit, non usque adeo satisfacit, quasi plura diceret requirerem; & forsitan non erat quod amplius referret. Verum, adeo miserabilis sumus, numquam ut plenè nobis satisfaciant, nisi qui uia qua nos, incedunt. Crediderim namque, hanc magis anno uno Domino seruasse, maioresq; penitentias fecisse, quam ego multis. factum est autem, allam in mortalem aegritudinem incidere (hoc namque maxime hic dicere propono) hinc ipsa omni adhibita diligentia procurauit, ut quotidie suis in aedibus sacrum celebraretur, ac Sanctissimo Euchariistico comunitetur. Quod autem morbus satis diu duraret, Sacerdos quidam, insignis Dei famulus, qui saepe sacrum apud eam tunc dicebat, minimè ferendam censuit, ut ipsa domi quotidie sacra mysteria perciperet. Diabolica id in eo tentatio esse debebat; quod ultimo id die, quo ipsa expirauit, fieri contigerit. Ipsa ut sacro peracto, Euchariistica se frustratam uidit, ita praebili commota, & aduersus Sacerdotem flammata est, ut statim expiraret; nescio sanè, an confessione praemissae mihi sacerdos ille, non parum hoc facto scandalizatus, ad me uentus, retulit, quod certè graue mihi fuit inaudire.

Hinc ergo intellexi, quantum sit malum, quod nostram ipsi quacumque demum in re, ac praesertim in ea quae tanti sit momenti, uoluntatem faciamus. Qui enim tam frequenter ad Dominum accedit, in tantam suam indignitatem noscat aequum est, ut ad eum non accedat, quoties & quandocumque id ipsi placuerit; sed, quidquid nobis ad tantum potenti Domino approximandum deest, ipsa, quae nos ad eum

*Aliud exemplum de muliere quodammodo communicante.*

*Propria uoluntatem facere non est.*

S. TERESIA

DECA  
NUM  
108





accedere iubeat, obedientia id quam maxime suppleat necesse est. Magnam bona hæc mulier sui multum humilianda occasione percipit (& plus forsan per hoc meruisset, quam communionem percipiendo) nec non cogitandi, Sacerdotem hunc nullam quoad hoc culpam habere; sed, Dominum (suam videndo miseriam, & ad hoc indignitatem) id ita fieri decreuisse. uti certam quamdam personam fecisse cogitasse constat, dum eam discreti Confessarij sæpè communionem ea æquo esset frequentior) abstinere iubebant. quæ, licet id quod nerrimè sentiret, altera tamen ex parte magis Dei quam suum hunc desiderans, ipsum identidem dilandabat, quòd Confessarium ex tassel, ad sui curam suscipiendam, & ne Maiestas eius tam indignum vile hospitium subiret. His ipsa considerationibus sese solans, neque cum animæ quiete ei obediebat, etsi non sine tenera & amanda dædam pœna, attamen, esto omnis simul mundus contra eam ei fuerit ab eo tamen quod iniunctum ipsi erat, ne vel latum quidem recessisset.

*Obedientia  
communio-  
nis sacra  
perceptione  
potior est.*

*Diabolus  
commodum  
tempus ex-  
spectat ad  
ad vobis no-  
cendum.*

Mihi ergo credite, Dei amorem (non eum dico, qui tantum nobis esse videatur) qui ita passiones nostras mouet, ut per eas aliquo Dominum hunc offendamus peccato, aut animæ amantissimam ita perturbet, ut quid rationi consentaneum sit non intelligamus. rum amorem non esse, sed tantum nostri ipsarum questionem, peccatum domiturum, ut nos ad angustias redigat, ut, cum plus nobis in se damni posse existimabit, quemadmodum mulieri illi quam intulit: quam certè non possum non mirari; etsi verò id credam falsum ens non fuisse, ut salutem ipsius in discrimen adduceret (magis quippe Dei bonitas est: nihilominus tentatio hæc tempore quam periculisissimo contigit. Ideò verò hoc loco id retuli, ut Præpositæ ad hoc uertant & aduigilent; Moniales verò timeant, considerent, sequantur minent ita, ut tantam gratiam recipere dignæ inueniantur. An adeo municare volunt, ut Deo per hoc placeant? at iam tū norunt, gratiam illi obedientiam esse quam v. estimam. Quod si ita sit, & per hoc placeam famerear, quid turbor? Non dico tamen, ut humilem aliquam gratiam idcirco in se non sentiant: neque enim omnes eò perfectionis perueniunt, ut aliquando eam non sentiant, quò tantum faciant id quod Deo placere intelligunt. Nam si voluntas ab omni suis ipsius quiete ne valdè remota & aliena sit; certum est, nihil omnino quietem perturbaturum, quin imò gauisurâ ipsam quòd sibi occasio offerat in qua Domino, in se tam carò sibi còstante, placeat & gratificetur, nò sese humiliaturam, & mirè còtentam mansuram, spiritualiter communicando. Sed quia sub ipsa principia (quin etiam in fine)



regardā Dei est, quod hęc vehementia ad ipsam accedendi desideria  
 & impetus animę det (principia inquam, quia pluri hoc faciendū est,  
 et in reliquis ad perfectionem spectantibus, quę dixi, tam perfe-  
 ctę & consummata non sint) hinc permittitur illis, quam ut te-  
 modinem & pœnam sentiant, cum hęc illis auferentur; at tamen  
 cum quadam animę quiete, & quosdam humilitatis actus eliciendo;  
 et quando id cum aliqua fiet perturbatione & passione, & aduersus  
 propostam aut Confessariū stomachando & murmurando; apertam  
 & eidentem tentationem id esse intelligant; aut si aliqua, Confessa-  
 rio communicatione dissuadente, nihilominus communicare pertinaciter  
 velit, certū meritum, quod hinc illa percipiet, habere equidem nollem.  
 etiam huiusmodi in rebus nostri ipsarum iudices esse non debemus,  
 sed is, qui habet clauē ad ligandum & soluendum. Vtinam nobis Do-  
 minus lucem, quod nos ipsas in tanti momenti rebus intelligere possi-  
 mus, dare dignetur, suoque nobis fauore adsit, ne per eas, quas nobis  
 facit, gratias illi displiceamus & offendamus.

## CAPVT. VII.

## QUOMODO CVM MELANCHOLICIS MONIALIBVS

*si agendum: hęc tractatio Prioris cum primis lectu  
 necessaria est.*

**H**A sorores meę, Salmanticęsis Conuentus à S. Iosepho cognomi-  
 nati, in quo hęc ipsa scribo, instantissimē à me petiere, quādā vt  
 precepta traderē, iuxta quę debite dirigi & regi possent eę in quibus  
 melancholicus humor prædominatur. &, quantumlibet nolimus &  
 ad procuremus admittere eas, quę hoc humore tenentur, ita tñ is sub-  
 iūctū est, vt se velut mortuū fingat, dum necesse id erit, itaq; eum non an-  
 te percipiamus, quam dum iam ei afferri remedium nequit. Videor  
 nihil iam antē paruo in libello aliquid hęc de re dixisse, non tamen re-  
 ctē meminī: parum refert ac perdam, si ipsum hic rursus dicam, dum-  
 modo Domino placeat me aliquid dicere quod ad rem sit. fieri potest,  
 vt & alias, quę dicam, dixerō: sed non curo, dicerem adhuc centies, si  
 poterem, me semel ita posse dicere, aliquem vt dicendo fructū causarē.

Porro, tam varię ac multiplices sunt, quas humor hic ad pro-  
 priam suam voluntatem faciendam querit, ad inuentiones, vt eas me  
 necesse sit inquirere, quod ferri & regi literis possit, ne quod aliis inde  
 duntaxat creetur. Notandum porro, non omnes quos humor hic oc-  
 cupat, quę retricos, morosos & phantasticos esse: cum enim in per-  
 sonas humiles placidq; ingenii incidit, esto sibi ipsis tales satis molesti

Xx 3

&amp; gra-

S.  
TeresiaM. VII  
168*Melancho-  
licorum ad-  
inventiones  
ad propria  
voluntatem  
faciendam.*